



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4. Vtrum hoc possir facere mulier.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

AD TERTIVM dicendum, qd (sicut supra dictum est) sacramentum baptismi est potissimum necessitate: sed quantum ad perfectionem, sunt quedam alia potiora, quae episcopis referuntur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum laicus possit baptizare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod laicus baptizare non possit. Baptizare enim (sicut dictum est) proprie pertinet ad ordinem sacerdotalem: sed ea quae sunt ordinis, non possunt committi non habenti ordinem, ergo videtur quod laicus, qui non habet ordinem, baptizare non possit.

¶ 2 Praet. Maius est baptizare, quam alia sacramentalia baptismi perficere: sicut catechizare, & exorcizare, & aquam baptismalem benedicere: sed haec non possunt fieri a laicis, sed solum a sacerdotibus, ergo videtur, quod multo minus laici possint baptizare.

¶ 3 Praet. Sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & poenitentia: sed laicus non potest absolueri in foro poenitentiali: ergo neque potest baptizare.

SEDCONTRA est, quod Gelasius Papa & Isidorus. * dicunt, quod baptizare necessitate imminente, laicis Christianis plerumque conceditur.

RESPON. Dicendum, quod ad misericordiam eius, qui vult omnes homines salvos fieri, pertinet, ut in his quae sunt de necessitate salutis, homo de facili remedium inueniat. Inter omnia autem sacramenta maxime necessitatis est baptismus, qui est regeneratio hominis in vitam spirituale: quia pueris aliter omnino subueniri non potest, & adulti non possunt aliter quam per baptismum plenam remissionem consequi, & quantum ad culpam, & quantum ad poenam. Et ideo ut homo circa remedium tam necessarium defectum pati non possit, institutum est, ut materia baptismi sit communis, scilicet aqua, quae a quolibet de facili haberi potest, & minister baptismi etiam si sit quicumque non ordinatus, ne propter defectum baptismi, homo salutis suae dispendium patiatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod baptizare pertinet ad ordinem sacerdotalem, secundum quandam conuenientiam, & solennitatem: non autem hoc est de necessitate sacramenti: unde etiam si extra necessitatis articulum laicus baptizet, peccat quidem: tamen sacramentum baptismi confert, nec est rebaptizandus ille, qui sic est baptizatus.

AD SECUNDVM dicendum, quod illa sacramentalia baptismi pertinent ad solennitatem: non autem ad necessitatem baptismi. Et ideo fieri non debent nec possunt a laico, sed solum a sacerdote, cuius est solenniter baptizare.

AD TERTIVM dicendum, quod (sicut supra dictum est) poenitentia non est tanta necessitatis sicut baptismus: potest enim per contritionem (suppleri defectus sacerdotalis absolutionis, que non liberat a tota poena: nec etiam pueris adhibetur, & ideo non est simile de baptismo, cuius effectus per nihil aliud suppleri potest.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mulier possit baptizare.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur, quod mulier non possit baptizare. Legitur in Car-

thaginesi concilio, quod mulier quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere uel aliquos baptizare non praesumat: sed nullo modo licet mulieri docere in conuentu, secundum illud 1. Corin. 14. Turpe est mulieri, in ecclesia loqui, ergo uidetur quod nec etiam aliquo modo mulieri liceat baptizare.

¶ 2 Praeterea, baptizare pertinet ad officium prelationis: unde a sacerdotibus habentibus, curam animarum debet accipi baptismus: sed hoc non potest competere mulieri, secundum illud 1. Tim. 2. Docere mulieri non permitto, nec dominari in uirum, sed subditam esse ergo mulier baptizare non potest.

¶ 3 Praet. In spiritali regeneratione uidetur aqua habere locum mater ueri (ut Aug. * dicit super illud Io. 3. Numquid homo potest in uentrem matris suae iterato introire, & renasci) ille autem qui baptizat, uidetur magis habere patris officium: sed hoc non competit mulieri, ergo mulier baptizare non potest.

SEDCONTRA est, quod Urbanus Papa dicit, * & habetur in Decretis 1. 30. q. 3. Super quibus consuluit nos tua dilectio, hoc uidetur nobis hac sententia respondendum, ut baptismus sit, si instante necessitate femina puerum in nomine sanctae Trinitatis baptizauerit.

RESPON. Dicendum, quod Christus est qui principaliter baptizat, secundum illud Io. 1. Super quem uidetis Spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat. Dicit autem Col. 3. q. in Christo non est masculus & femina: & ideo sicut masculus laicus potest baptizare quasi minister Christi, ita etiam & femina. Quia tamen caput mulieris est uir, & caput uiri est Christus (ut dicitur 1. Cor. 11.) non debet mulier baptizare, si ad sit eopria uiri: sicut ne laicus praesente clerico, nec clericus praesente sacerdote, qui tamen potest baptizare praesente episcopo, eo quod hoc pertinet ad officium sacerdotis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut mulieri non permittitur publice docere, potest tamen priuata doctrina uel monitione, aliquem instruere, ita non permittitur ei publice & solenniter baptizare, sed tamen potest baptizare in necessitatis articulo.

AD SECUNDVM dicendum, quod quoniam baptismus solenniter & ordinarie celebratur, debet aliquis sacramenti baptismi suscipere a presbytero curam animarum

prizare extra necessitate casum eo modo, quo in necessitate casu licet, sit peccatum mortale. Verbi gratia, si laicus extra casum necessitatis baptizaret, aut si non baptizaret duo simul dicendo, ego baptizo uos (quod in casu necessitatis licitum dicitur) & sic de aliis similibus ecclesiae ordinationibus, erga baptismum, non tenentur, ratio dicitur, quia auctor hoc tractans in calce cor. 2. articuli quoniam dicit, quod grauius peccat uterque scilicet baptizans, & baptizatus, & per hoc impeditur baptismi effectus, licet non tollatur sacramentum. Vbi apparet ipsum sentire, quod est peccatum mortale, quoniam baptismi effectus non impeditur, nisi per peccatum mortale. Ad huius euidentiam, scito Scottom in quarto sententia distincti. 6. sonare, quod baptizans plures si byterio non extra articulum necessitatis, dicendo ego baptizo uos, peccat mortaliter, quia non seruat formam impositam sibi ab ecclesia: si tamen diligenter perfectum fuerit, & distinctum, peccatum mortale dupliciter hic inueniri potest, aut secundum se (hoc est ex suo genere) aut ex ecclesiae precepto, cum mutationes, aut omissiones huiusmodi non constituent actum sacrilegium secundum se (quod ex eo patet, quod si actus esset secundum se sacrilegus, in nulla necessitate esset licitus, restat ut aliunde peccat, si mortale est. Ex triplici autem capite hoc dici potest: uel ex inobedientia: & sic ad hoc, q. esset mortale, exigere contemptus: uel ex praesumptione, puta quia laicus praesumat actum sacerdotis, uel ex modo institutionis ecclesiae: puta quia ritus talis seruatur, & quasi necessarius, sicut sacra uestes exiguntur, & consecratio eucharistiae. Ex quo apparet, quod solenniter baptizans

q. 65. ar. 3. ad 4.

2. 2. q. 100. a. 2. ad primu. & 4. dist. 5. q. 2. ar. 1. q. 1. & 3. dist. 6. q. 3. art. 3. q. 2. & 3. ar. praeced.

In locis citatis ar. praeced. in vtroq; ar. q. 3. con- traria.

Alias communissima.

D. 320. & 391. q. 95. ar. 3. & 4.

Sup. ar. 1. & 10. is ibidem inducis.

¶ Super quibus sexagesimo septimo articulo, quartum et quintum.

¶ In articulis quarto & quinto dubium occurrit commune multis articulis, An

pirans tenet sub peccato mortali seruire rium ecclesie; quod non ita intelligas, ut cuiuslibet ceremonie omnino sit peccatum mortale. Similiter si laicus solemniter baptizare presumeret, a mortali non excusaretur, sed ubi absque solemnitate baptizaret, & contemptus atque presumpcio deessent extra necessitatis articulum, puta quia credunt se bene facere mortale peccatum non ui deo immo Innocentius III. a ueniali etiam peccato excusat eum qui credens se bene facere, baptizauit seipsum. Dicit enim in eadem articulo, extra de baptismo & eius effectu, de Iudæo in mortis articulo baptizante seipsum, si tamen continuo decessit, sed ad patriam proximam euasisset.

Ex quo loco arguuntur sumitur magnum, quod si error commissus circa baptismum sit tantus ac talis, ut tollat baptismum, qualis est error baptizantis seipsum, excusatur non solum a mortali, sed etiam a ueniali propter conditionem persone, alioquin non esset uerum, quod statim ad patriam euasisset multo magis opinio ignorantis se bene facere, excusabit a mortali baptizantem seruatis substantialibus, & errantem solum in hoc, quod necessitatis articulo non arctatur.

Nec uerba Auctoris hic docent oppositum; quoniam baptismi effectus plenius impeditur ex peccato ueniali. Peccans enim uenialiter dum baptizatur, nec omnis poena, nec omnis culpa remissionem adipiscitur: quamuis gratiam consequatur.

Posset quoque dici, quod Auctor de presumentibus, & non de simpliciter facientibus intelligitur.

Libra 1.1. post meo no 7.

Referat 1. q. 2. ad 1. per ignoratiam. Ex de coactio. 4. chommas.

Alia, conf. li.

marum habente, uel ab aliquo uice eius: hoc tamen non requiritur in articulo necessitatis, in quo potest mulier baptizare.

AD TERTIUM dicendum, quod in generatione carnali masculus & femina operantur secundum uirtutem propria nature; & ideo femina non potest esse principium generationis d actiuum, sed passiuum tantum: sed in generatione spiritali neuter operatur in uirtute propria, sed instrumentaliter tantum per uirtutem Christi: & ideo eodem modo potest uir, & mulier in casu necessitatis baptizare. Si tamen mulier etiam extracatum necessitatis baptizaret, non esset rebaptizandus: sicut & de laico dictum est: peccaret tamen ipsa baptizans, & alii qui ad hoc cooperarentur, uel baptismum ab ea suscipiendo, uel ei baptizandum aliquem offerendo.

ARTICVLVS V.

Utrum non baptizatus, possit sacramentum baptismi conferre.

AD QVINTUM sic proceditur. Videtur, quod ille qui non est baptizatus, non possit sacramentum baptismi conferre. Nullus enim dat quod non habet: sed non baptizatus non habet sacramentum baptismi, ergo non potest ipsum conferre.

2 Præ. Sacramentum baptismi confert aliquis, in quantum est minister ecclesie: sed ille qui non est baptizatus, nullo modo pertinet ad ecclesiam, scilicet nec re, nec sacramento. ergo non potest sacramentum baptismi conferre.

3 Præ. Maius est sacramentum conferre, quam suscipere: sed non baptizatus non potest alia sacramenta suscipere. ergo multo minus potest aliquod sacramentum conferre.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit, Romanus pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat: sed ille qui est baptizatus, non dicitur paganus. ergo etiam non baptizatus potest conferre sacramentum baptismi.

RESPON. Dicendum, quod hanc questionem Augustinus determinatam reliquit. Dicit enim in secundo contra epistolam Parmeniani: Hæc quidem alia questio est, utrum & ab his, qui nunquam fuerunt christiani, possit baptismus dari; nec aliquid temere inde affirmandum est, sine auctoritate tanti concilii, * quan-

tum tante rei sufficit. Postmodum uero per ecclesiam determinatum est, quod non baptizati, siue sint iudæi siue pagani, possunt sacramentum baptismi conferre, dum modo in forma ecclesie baptizent. unde Nicolaus Papa respondet, de cons. dist. 4. ad consularia Bulgar. c. 3. A quodam Iudæo nescitis, utrum christiano an pagano, multos in patria uestra afferitis baptizatos, & quid inde sit agendum, consulitis. Hi profecto si in nomine Trinitatis baptizati sunt, rebaptizari non debent: si autem forma Ecclesie non fuerit obseruata, sacramentum baptismi non confertur: & sic intelligendum est quod Gregorius secundo scribit Bonifacio episcopo, Quos a paganis baptizatos esse asseruisti. si ecclesie forma non seruata, ut de nouo baptizetis in nomine Trinitatis, mandamus. Et huius ratio est, quia sicut ex parte materiae, quantum ad necessitatem sacramenti, sufficit quicumque aqua, ita etiam sufficit ex parte ministri quicumque homo: & ideo etiam non baptizatus, in articulo necessitatis baptizare potest, ut sic duo non baptizati semel uicem baptizent, dum prius unus baptizaret alium: & postea baptizaretur ab eodem, & consequeretur uterque non solum sacramentum, sed et rem sacramenti. Si uero extra articulum necessitatis hoc fieret, uterque grauer peccaret, scilicet baptizans & baptizatus, & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tolleretur ipsum sacramentum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homo baptizans adhibet tantummodo ministerium exterius: sed Christus est qui interius baptizat, qui potest uti omnibus hominibus ad quodcumque uoluerit. & ideo non baptizati possunt baptizare, quia, ut Nicolaus papa dicit, baptismus non est illorum, scilicet baptizantium, sed eius, scilicet Christi.

AD SECUNDUM Dicendum, quod ille qui non est baptizatus, quamuis non pertineat ad ecclesiam re uel sacramento, potest tamen ad eam pertinere intentione & similitudine actus, in quantum scilicet intendit facere quod facit ecclesia, & formam ecclesie seruat in baptizando, & sic operatur ut minister Christi, qui uirtutem suam non alligauit baptizatis, sicut nec etiam sacramentis.

AD TERTIUM Dicendum, quod alia sacramenta non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus. Et ideo magis conceditur quod non baptizatus possit baptizare, quam quod possit alia sacramenta suscipere.

ARTICVLVS VI.

Utrum plures possint simul unum baptizare.

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod plures possint simul unum baptizare.

E In multitudine enim continetur unum, sed non conuertitur. unde uidetur quod quicquid potest facere unus, possint facere multi, & non econuerso, sicut multi trahunt nauem, quam unus trahere non possit: sed unus homo potest baptizare: ergo & plures possunt simul unum baptizare.

2 Præ. Difficilius est quod unum agens agat in plura, quam quod plures agentes agant simul

De cons. dist. 4. c. 3. A quodam Iudæo.

Hæc de c. 6. sc. di. 4. cap. Quos pagani.

De cons. dist. 4. c. 3. A quodam Iudæo.

Suber questio. sexagesima septima. articulum sextum.

Titulus ut sonat. In corpore articuli est una distinctio de forma, qua plures simul baptizantes possunt uti.

Altera est: Nos te baptizamus. Altera est, ut uterque dicat, Ego te baptizo. Et primo examinatur, & respondetur questio iuxta primam formam: secundo iuxta secundam. Quoad primam recitatur opinio una, dicentium non ualere baptismum, si plures dicant, Nos te baptizamus: quia

Referat 1. q. 2. ad 1. per ignoratiam. Ex de coactio. 4. chommas.

Libra 1.1. post meo no 7.

Alia, conf. li.